



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominica I. Adventus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)



DOMINICA I. ADVENTUS.

THESIS I. *Videbunt Filium
Hominis venientem. Luc. 21.
v. 27. Adventus Chri-
sti quadruplex. I. Primus
in Carne: Venit enim Filius Hominis
quærere, & saluum facere. Luc. 19:
v. 10. II. Secundus in Mente: Ad
eum veniemus, & mansionem apud
eum faciemus. Joan. 14. v. 23. III.
Tertius in Morte: Quâ nescitis horâ
Filius hominis venturus est. Matth.
24. v. 44. IV. Quartus in Judicio:
Cum autem venerit Filius Hominis in
Majestate sua. Matth. 25. v. 31. Sup-
peditaret hæc divisio materiam pro qua-
tuor Dominicis Adventus.*

*Christi Ad-
ventus.*

THESIS II. *Quoniam appropinquat
Redemptio vestra. Luc. 11. v. 28. Ad-
ventus Christi duplex est. I. Primus
Adventus, qui jam contigit, fuit*

A

Re

Redemptio animæ à captivitate peccati.
 II. Secundus Adventus, qui adhuc expectatur, erit *Redemptio Corporis à captivitate mortis.* Ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes, Redemptionem corporis nostri Rom. 8. v. 23.

*Judicium
 extre-
 mum.*

THESIS III. *Stabimus ante Tribunal Christi.* Rom. 14. v. 10. I. Peccator in ultimo Judicio stabit coram Deo: *Munifico*, cujus gratiam non agnovit. II. *Summa Majestate prædito*, cujus magnitudinem contempnit. III. *Justissimo*, cujus iram accendit. *Vivien* i Tertull. *Prædic. verb. Judicium.*

*Christus
 Judex.*

THESIS IV. *A facie ejus cruciabuntur populi.* Joël 2. v. 6. I. Duplex vultus gravissimè homines confundit: *Vultus Testis* crimen palàm evincentis; *Vultus Benefactoris* offensi. II. Et duplex vultus maximè terret: *Vultus Principis* in majestate sua; *Vultus Judicis* sententiam in reum ferentis. Talis erit vultus Domini super facientes mala. *Vide etiam Reina in Quadrages. Fer. 2. post Dom. 1. Quadr.*

*Dies Judi-
 cij.*

THESIS V. *Cùm judicij dies ad-
 venerit.*

venerit. 2. Machab. 6. v. 14. Dies
Judicii erit peccatoribus. I. Dies
Confusionis. II. Dies Separationis. III.
Dies Condemnationis. Videbit, & con-
funderetur, confusus separabitur, sepa-
ratus damnabitur. S. Aug. Separatio
verò erit triplex I. à Deo. 2. à creaturis.
3. à seipso. Bretteville.

THESIS VI. Videbunt Filium ho-
minis venientem in nube cum Potestate ma-
gna & Majestate. Luc. 21. v. 27. In
Judicio peccator opprimetur I. Gloriâ
Christi, qui veniet cum Majestate. II.
Gloriâ Crucis, quæ apparebit in aëre.
III. Gloriâ Sanctorum, qui sedebunt ju-
dicantes &c. Vivien in Tertull. litt. 1.

Christus
Judex.

THESIS VII. Arescentibus homi-
nibus præ timore. Luc. 21. v. 26. Qua-
tuor mala peccatores tunc maximè ter-
refacient I. Mors repente imminens,
& crudelis. II. Examen severum à
Deo Offenso instituendum. III. Con-
demnatio absque misericordia. IV. Æ-
ternitas supplicij. S. Bern. Serm. 16.
super Cantic.

Peccato-
rum status
in Judicij
cio.

THESIS VIII. Arescentibus homi-
nibus præ timore. Luc. 21. v. 26. Ju-
dicium

Judicium
timendum.

A 2

dicium

dicium est timendum propter tria, I. Ex parte *Judicis* propter *Judicis* terro-
rum. II. ex parte *Judicij*, propter *Ju-*
dicij rigorem. III. Ex parte *Rei* pro-
pter *Suppliciorum* horrorem. S. *Bonar.*
Exposit. 2. super *Pf.* 118.

THESIS IX. *Quia dies ultionis*
hi sunt, ut impleantur omnia, que scri-
pta sunt. Luc. 21. v. 22. I. Quod
mortem facit terribilem, est *Judicium*
sequens. II. Quod *Judicium* facit
terribile, est examen illud præcedens.
III. Quod hoc reddit terribile, sunt
Opera nostra. Hinc bene solebat di-
cere S. *Elias Abbas*, postquam octo
annis *pœnitentiam* egit: tria timeo,
Egressionem animæ à corpore, *Severita-*
tem examinis, *Sententiam Judicis*; &
Job. c. 9. v. 28. *verebar omnia opera mea.*

THESIS X. *Erit in tempore illo:*
Sc rutabor Jerusalem in Lucernis. Sophon.
1. v. 12. *Judicium* grave quidem fu-
turum est ex eo, quòd omnia peccata
cogitationum, *verborum*, *operum*
examinanda sunt; sed longè gravius,
quòd etiam, I. *Peccata Omissionis.* II.
Peccata Consequentia. III. *Peccata I-*
gnorantia

ignorantiae judicanda sunt. *Vide de hoc Vieira.*

THESIS XI. Erunt signa in Sole, & luna, & stellis. Luc. 21. v. 25. Istorum causam assignare solent Sancti Patres triplicem. I. ut hæ ipsæ creaturæ, prius Signa Bonitatis Divinæ, jam signa sint Iræ Divinæ. II. Ut ex his peccatores enormitatem peccati agnoscant, quod totius Mundi turbationem & exitium meretur. III. Ut tenebræ istæ horribiles cœcitatem peccatorum ostendant. Creatura tibi Factori deserviens exardescit in tormentum adversus injustos. *Sap. 6.*

THESIS XII. Et si Justus vix salvabitur, impius & peccator ubi peribunt. *salus hominis.*
1. Petri 4. v. 18. Triplex est enim salus: I. Corporis, quæ in Sanitate, seu bona valetudine ejusdem consistit. II. Animæ, quæ in Conversione à peccato ad Justitiam, & Gratiâ consistit. III. Animæ, quæ in corporis & animæ æterna felicitate obtena consistit. *vide Corn. à Lap. in hunc textum.*

THESIS XIII. His autem fieri incipientibus respicite, & levate capita vestra. *Judicium terribile, & Optabile.*

stra. Luc. 21. v. 28. I. *Terribile*, quidem *Judicium*, sed peccatoribus, II. *Justis* autem *Optabile* & *suave*. S. *Chysoft.* hom. 3. de *Davide & Saule*.

Judex supremus. THESIS. XIV. *Omnes enim stabimus ante Tribunal.* Rom. 14. v. 10. *Meticulosum* est omni viventi causam coram te agere *criminales*, quia I. *cum sis Potentissimus*, manus tuas nemo potest effugere. II. *Cum sis Sapientissimus*, oculos tuos nihil potest latere. III. *Cum sis Equissimus*, *animum tuum* nemo potest corrumpere. *Innocent.* III.

THESIS XV. *Cælum & terra transibunt.* Luc. 21. v. 33. *Nihil tam efficax*, quod à *creaturis* *animum* abstrahat, quàm *mundi incendium*; ubi I. *Voluptates* in *flammas*. II. *Dignitates* in *fumum*. III. *Divitias* in *cineres* abeunt.



DO.